Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tunc deinde reliqui saluti fiunt. Tenebatur
magnis febribus. et rogauerunt illum pro
et stans super illam imperauit febri. et dimisit
illam. Si uirtutem parum per superius. ut textus
euangelii narrat libratum. moraliter animum
ab inmunda cogitatione purgatum. significa
re diuerum consequentem semuna febribus
tenta sed ad imperium domini curata. carnem ostendit
concupiscentiae feruorem. per communem
precepta frenata. Omnis enim amaritudo. et ira.
et indignatio. et clamor. et blasphemia. spe
inmundi furor est. fornicationem. inmun
dam. libidinem concupiscentiam malam. et auaritiam. quae est simulacrorum seruitus. febrem ille
cebrose carnis intellege. Et stans super illam.
imperauit febri et dimisit eam. Quaeritur
cur tertio loco socrus petri sanatur. quia
mulier in exordio mundi tertia creatur
persona. siue quod synagoga. ex tertio filio noe.
idest sem orta est. cuius figuram gerit. Sed dominus
saluator nostrum modo rogatus. modo ultro cu
rat egrotos. ostendens se contra peccatorum quoque
passiones et peccatis semper annuere fidelibus. et
ea quae ipsi minime in se intelleguntur. uel in
tellegenda dare. et etiam non intellecta di
mittere. iuxta quod psalmista postulat. Delic
ta quis intellegit. ab occultis meis munda
me domine. Et continuo surgens. ministrabat
illis. Naturale est febricitantibus. incipiente
sanitate lassescere. et egrotationis sentire
molestiam. Ueram sanitatem quae domini conferitur
imperio. simul tota redit. Non solum ipsa redit
sed et tanto robore comitante. ut eis conti
nuo qui se adiuuerant ministrare sufficiat.

Et iuxta legem tropologie qui seruerant
immundicie ad iniquitatem. ut fructifica
rent mortis. seruiant iusticie in uitam eternam.
Cum sol autem occidisset. omnis quae habebant in
firmos. uarius languoribus ducebant eos ad eum.
At ille singulis manus imponens. curabat
eos. Solis occubitus. passionem mortemque signi
ficat illius qui dixit. quam diu in mundo sum.
lux sum mundi. Et sole occidente. plures de
moniaci. quam ante plures sanantur egrotis.
quia qui temporaliter in carne uiuens. paucos
iudeos docuit. calcato regno mortis. omnibus
porbem gentibus fidei salutisque dona transmi
sit. Cui ministris. quasi uitae lucisque premibus
psalmista canit. Iter fecit ei qui ascendit super
occasum. Super occasum quippe dominus ascendit. qua
unde in passione occubuit. inde maiorem
suam gloriam resurgendo manifestauit. Exie
bant autem demonia a multis. clamantia et
dicentia. quia tues filius dei. Et increpans non si
nebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse xpm.
Demonia filium dei confitebantur. et attestante
euangelista. sciebant ipsum esse xpm. quia quadra
gintum quadragesima ieunio fatigatum. diabolus
hominem cognouerat. ac temptando uolebat an
et dei filius esset experiri. iam nunc pro signorum
potentiam et intellexit. uel potius suspicatus
est esse filium dei. Non igitur ideo iudeis eum crucifige
re persuasit. quia xpm siue dei filium non esse
putauit. sed quia morte illius non putauit
esse damnandum. Ueteres enim de hoc mysterio.
abscisis abscondito dicit apostolus. quod nemo prin
cipum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent.
numquam dominum gloriae crucifixissent. Quare